



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei  
Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ Agrippinæ, 1709**

XXIV. Augusti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](#)

S. Bartholomæus Apostolus centies noctu,  
centies interdiu orare suetus multa vivens  
à vivente adhuc Deipara accepit beneficia,  
sæpius cum eadem conversatus , multa cœle-  
stia mysteria ex ea didicit. Cujus cultum in  
majori Armenia & India propagavit , pelle  
positâ cœlum ingressus. *Vita.* Dubita si potes  
angustam esse cœli portam.

S. Bartholomæ ora prō me , ne cuticulæ  
meæ nimiūm blandè fovendæ intentus salutis  
periculum incurram, sed potius castigem cor-  
pus meum, & in servitutem redigam , ut cùm  
pellem mors detraxerit, faciliūs cœlum ingre-  
diar. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretio-  
sissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto  
corde omnib[us]que tam corporis , quam ani-  
mæ viribus centies millies, imò infinites te  
saluto : te omni possibili omnium possibilium  
& actualium creaturarum affectu amare , tibi  
usque ad ultimum vitæ spiritum , quantum  
possibile erit , placere & servire desidero.  
*&c. fol. 190.*

Ad qnod impetrandum: Videbo ut in ali-  
quo corpori meo malè sit hodie , si aliud non  
occurrat, pellis vellicatione dolorem ciebo.

Maria omnibus sapientibus & insipienti-  
bus copiofissimâ charitatem debitricem se fecit.  
*S.Bern.ser.98.*

Quæstio: Quo loco anima Deiparæ corpus  
recepit in cœlo, an in terra? *v.S.Damasc.ser.  
de dorm.B.V.*

XXV